CATALOGI

Cujuſcunque Facultatis & Linguæ

LIBRORUM,

in Germania, Gallia, & Belgio, &c.

Noviſſimè Impreſſorum.

SEMESTRE SEPTIMUM.

A Menſe Julio 1678. uſque ad Januarium 1679.



AMSTELÆDAMI,

Apud JANSSONIO-WAESBERGIOS, 1679.

Cum Privilegio,

CATALOGI LIBRORUM

Novissimè Impressorum

SEMESTRE SEPTIMUM

A Mense Iulio 1678. usque ad Annum 1679.

Libri Theologici

Folio.



Asenii (Jacobi) S. J. Orthodoxi Concionatoris, antiquo novi ex veteris, novique Testamenti Scripturis, juxta mentem Sanctorum Patrum digesti Tomus primus, de fine hominis, & ipsius quatuor Novissimis, multa complectens, Concionibus per annum distributis, cum tribus Chronicis in usum facilem concionatorum, ad temporum rerumque distinctionem præmissis, tum locis Communibus Sanctorum Patrum sententias, conceptusque varios exhibentibus, ac denique, nova praxi, orthodoxæ fidei discernendæ per considerationes XVII. cum refutatione Sam: Bened: Carpzovii, & amica invitatione, ad respondendum demonstrationi, quod protestantes neque per S. Scripturam, neque per ductas ab ea consequentias possint exhibere suarum confessionum articulos, in qua re si deficiant, sub salutis periculo ad resipiscendum invitantur.

Tomus II. in quo homo conditus, lapsusque & pœnis subjectus, in lege naturæ, per res gestas & figuras proponitur, usque ad orbis diluvium, apposite ad legem gratiæ idque I. per Chronologicam a Christo nato directionem II. cum sensus Historici brevi expositione III sensus mystici seu tropologici, seu allegorici aut etiam Anagogici ex S. S. Patribus desumpta applicatione IV. Aliqua locorum Communium, ex S. S. Patribus, depromptorum appositione, pro concionum formandarum conceptuumque diversitate V. addita in fine de recto divitiarum usu appendice, fol. *Moguntiæ* 1678.

Hueber (Fortunati ord: Minor:) Ornithologia moralis per discursus prædicabiles, ex omni genere Sacrarum Scientiarum, scripturarum, Historiarum, Eruditionum antiquitatum, proprietatum, doctrinarum, conceptuum, curiositatum, legum, institutionum, sententiarum, affectuum, argumentorum, locorum & materiarum, copiose inventos, subtiliter ordinatos fœcundè propositos, & salubriter auditos, formatæ, dispositæ exornatæ, & sacris oratoribus quidem ad charitativum subsidium, toti verò Christi fidelium Ecclesiæ, ad publicam utilitatem atque ædificationem donatæ, 2. voll. *Monachii* 1678.

Paciucbellii (Angeli Ord: Præd:) excitationes dormitantis animæ, circa Psalmum LXXXVI. canticum magnificat, salutationem angelicam, &. Antiphonam salve Regina, ad colendam, laudandam, & diligendam sanctissimam Virginem Deiparam, fol. *ibid.* 1677.

—— Expositio in Epistolam, beati Pauli Apostoli ad Romanos, ex Sanctis Patribus & sacris Doctoribus collecta fol. *ibid.* 1677.

Bonacinæ (Martini) Opera omnia in tres Tomos distributa quorum priores duo nonnullis Tractatibus quis hactenus caruerant, & innumeris subinde accessionibus quas adhibitæ notæ consepientes indicant locupletiores recuduntur ex accurata per ipsummet authorem recognitione, ut nihil ultra sit quod ad plenam undecumque absolutam moralis Theologiæ universæ sivæ casuum Conscientiæ Tractationem desiderare lector debeat. Editio novissima castigatior aliis jam aucta nonnullis appendiculis ab ipso authore dum adhuc superesset Operi suo insertis & nunc primum in fine cujuslibet tomi commoditatis gratia appositis, fol. *Venetiis.*

Terilli (Antonii) Regula morum sive Tractatus bipartitus de sufficienti ad Conscientiam ritè formandam regula in qua usus cujusvis opinionis practicæ probabilis convincitur esse licitus opus posthumum, omnibus qui curam animarum gerunt apprimè utile & pro propriæ conscientiæ securitate singulis propemodum necessarium in hoc Opere post regulam morum solide stabilitam argumenta contra licitum opinionis probabilis usum diligentur excutiuntur, plurimæque quæstiones ad conscientiam spectantes resolvuntur nominatim autem ex Professo omnia Celladei molimina quæ in suos de Doctrina morum Tractatus congessit atque contra communem Theologorum sententiam abjecit ab ipsis fundamentis diruuntur & nulla esse demonstrantur, fol. *Leodii* 1678.

Critica sacra duabus partibus: quarum prima continet observatione Phylologica & Theologica in omnes radices V. T. secunda continet Philologicas & Theologicas observationes in omnes græcas Voces N. T. antehac ab Eduardo Leygt equite, L. A. M. & Aulæ Magdalenæ Oxonii

propofito, maxima ex parte Anglicè conscripta, nunc vero ab Henrico a Middoghin Latinum Sermonem Conversa. fol. *Amstel.* 1678.

Libri Theologici

in Quarto.

SLevogtii (*Johan: Philippi Pauli Filii*) de unione Ecclesiarum & beneficiorum dissertationes IV. in quibus rarissimum argumentum de Matricibus ac filiabus Ecclesiis, item de unione bonorum Ecclesiasticorum ex principiis juris Canonici & usu Consistoriorum explicatur, 4. *Jenæ* 1678.

Heidani (*Abrahami*) de origine erroris libri octo. Additi sunt ob argumenti similitudinem ejusdem Tractatus duo, prior diatribe de Socinianismo, alter judicium de universa hodiernorum Pelagianorum Doctrina, 4. *Amstelodami* 1678.

Cocquii (*Adriani*) observationes critico sacræ in sacrum novi Testamenti codicem, qui agit de Philosophia & Doctrina morum, ubi præter Etyma & significationes. Verborum, Græcorum hominis beatitudo, affectus, virtutes & vitia ex sacris eruta, Philologicè & Practice explicantur, 4. *Leidæ* 1678.

Gradii (*Stephani*) Bibliothecæ Vaticanæ præfecti disputatio de opinione probabili cum P. Honorato Fabri Societatis Jesu Theologo, 4. *Romæ*. 1678.

Martinez (*Nicolai S. J.*) Deus sciens, sive de scientia Dei controversiæ quatuor Scholasticæ, 4. *Mon.* 1678.

Daxecortesii (*Dionysii ord. Minor.*) exercitia Scholastica in universam Theologiam practicam & speculativam in quibus relicta inutilium disputationum superfluitate, & dimisso cavilloso opinionum examine. veritas ipsa (quæ paucis est contenta doceri) clarè & breviter enodatur, & irrefragabili S. Scripturarum, approbatorum Conciliorum, summorumque Pontificum auctoritate roboratur, nec non Sanctorum Patrum & Orthodoxorum Theologorum, præcipuè Doctoris subtilis Doctrina, eadem veritas ostenditur solida, firma & stabilis adversus hæreticos, tam veteres, quam recentiores, opus sanè nedum S. Theologiæ studiosis verum etiam S. Scripturarum interpretibus concionatoribus, & confessariis valde utile & necessarium cum duplici indice, uno librorum, capitulorum & articulorum, altero rerum notabilium, 4. *Patavii* 1677.

Sauberti (*Joannis*) Palæstra Theologico Philologica sive disquisitionum Academicarum tomus singularis, 4. *Altdorfii* 1678.

Cellarii (*Christophori*) Sciagraphia Philologiæ sacræ difficiliores quæstiones plerasque, & linguarum orientalium usum genuinum delineans, Editio secunda, emendata, & usu Arabismi etymologico aucta, 4. *Jenæ* 1678.

Musæi (Joannis) introductio in Theologiam, de distinctione Theogiæ, in naturalem & revelatam deque natura Theologiæ revelatæ, 4. *ibid.* 1679.

Opitii (Henrici) Syriasmus facilitati & integritati suæ restitutus, simulque Hebraismo & Chaldaismo Harmonicus, exemplis, plurimis & singularibus ex versioneSyriaca totius V. & N. T. illustratus, 4. *Lipsiæ* 1678.

Schuffenhaver (Matthiæ S. J.) Exemplaria pœnitentiæ juxta divinam ideam, in Adam, Davide, Salomone, Ezechia, Manasse, Rege Ninives & Eva, Testamenti Veteris, in Petro, Thoma, Matthæo, Zacchæo, Latrone centurione, & Magdalena Testamenti Novi, pœnitentibus, è sacris litteris, patrumque scriptis sub quadragesimalis jejunii ferias edisserta primum, nunc etiam fusiori stylo in usum Concionatorum cum indicibus diversis adornata, 4. *Pragæ* 1678.

Siricii (Michaelis) duo Tractatus aurei, quorum alter inscribitur uxor una, ex jure naturæ & divino moribus antiquis & constitutionibus imperatorum, & regum, eruta, contra impugnantium insultus defensa, alter discursus Theoretico practicus, de lachrymis Christi, cui accessit appendix continens responsionem ad quæstionem an & quatenus pœnitenti, nec non absolutionem & admissionem ad S. Cœnam desideranti, lachrymæ & jejunia sint necessaria, 4. *Giessæ Cattorum* 1679.

Del Rio (Martin.) Disquisitionum Magicarum libri sex, quibus continetur accurata curiosarum artium & variarum superstitionum confutatio, utilis Theologis, Jurisconsultis, Medicis Philologis, prodit opus ultimis curis longe accuratius ac castigatius, 4. *Coloniæ* 1678.

Beyeri (Andreæ) Fasciculus Dictorum in Biblicorum selectiorum Theo-Philologico Homiletice Tractatorum cum appendice Emblematum CXLII. rariorum & novorum in usum sermonum lugubrium sive funebrium vindicantur dicta à corruptelis adversariorum ac interpretum, compendiose Christi & nostra resurrectio mors & sepultura, Christi cum cerva, agno & verme comparatio Psalmi vigesimi secundi & totius Passionis secundum quatuor Euangelistas dispositio infernalium cruciatuum delineatio simul proponuntur, 4. *Fribergæ* 1678.

Hulsemanni (Johannis) Vindiciæ sacræ Scripturæ per loca classica systematis Theologici prælectiones Academicæ in librum concordiæ patrologia succincta vice appendicis loci de Ecclesia repræsentativa annotationes ad breviarium Theologicum, accessere denuo animadversiones in Bellarminum de verbo Dei, & dissertatio de necessitate conjunctionis Euangelicorum cum Romano Papatu post variorum Manuscriptorum diligentem collationem eorundemque emaculationem, ceu præfatio testatur publicantur singula studio

&

& Opera Johannis Adami Scherzeri, 4. *Lipsiæ* 1678.

Rudrauff (Kilianus) Theologiæ Polemicæ sylloge & delectus quo ut in brevissimo compendio præcipuas controversias Theologicas ad disputandum collectas in Collegio privato suis collegis & auditoribus cum pietate veritatem divinam sedulo inquirentibus distinctis dissertationibus per omnes & singulos Articulos fidei proponit & exhibet, 4. *Giessæ* 1678.

Parkeri (Samuelis) Disputationes de Deo & providentia divina, disputatio prima, an Philosophorum ulli & quinam Athei fuerunt, secunda, a rerum finibus Deum esse demonstratur, tertia Epicuri & Cartesii hypotheses de universi fabricatione evertuntur, quarta mundum neque prorsus infectum neque necessitate factum sed solo opificis consilio extractum fuisse demonstratur, quinta a generis humani ortu & corporis humani structura Deum esse demonstratur, sexta, contra scepticorum & Academicorum disciplinam potissimum Ciceronis de quæstionibus Academicis libros & Cartesii meditationes Metaphysicas disputatur, 4. *Lond.* 1678.

De Vries (Gerardi) Narrator confutatus animadversiones in narrationem de controversiis nuperius in Academia Ultrajectina motis quibus primo veræ litium illarum origines panduntur, 2. Novum dogma de infantibus in utero matrum actu peccantibus refutantur, 3. Essentiam animæ humanæ in sola cogitatione non consistere demonstratur & quæ illis affines sunt controversiæ pertractantur, 4. *Ultrajecti* 1679.

Tuckney (Antonii) Prælectiones Theologicæ, nec non determinationes quæstionum, variarum insignium, in scholis Academicis Cantabrigiensibus habitæ; quibus accedunt exercitia pro gradibus capessendi omnia fideliter ex autoris autographo descripta, 4. *Londini* 1679.

Libri Theologici

Octavo.

Spanhemii *(Frederici)* de Causis Incredulitatis Judæorum & de conversionis Mediis considerationes extemporaneæ, 8. *Lugduni Batavorum* 1678.

Apologia necessaria non minus quam æquissima Antonii Cregutii contra accusationem improvisam, inexpectatam & iniquam Frederici Spanhemii Professoris Leidensis, 8. *Amstelodami* 1678.

Spanhemii (Frederici Filii) Dissertationum Historici argumenti quaternio prima de temere credita Petri in urbem Romam profectione, secunda, de Æra conversionis Paulinæ & annexis, tertia, de Apostolatu & Apostolis, quarta, de æqualitate veterum metropoleon cum Romana, seu de canone sexto Concilii Nicæni primi, 8. *Leidæ* 1679.

Musæi (Petri) Theses Theologicæ sacræ Theologiæ studiosis in Kiloniensi Academia ante hac ad disputandum propositæ & pervicces publicis prælectionibus explicatæ Anno 1672, nùnc denuo defectu Exemplarium priorum recusæ, & adjectis in fine duabus appendicibus auctæ, 8. *Kiloni* 1678.

Epistola ad Christophorum Gittichium Professorem Lugdunensem, qua gratiæ ei habentur, pro eruditissimis ipsius in problema de Spiritu Sancto animadversionibus, scripta a socio Authoris problematis paradoxi per quas errores suos rejicere coactus est, 8. 1678.

Risse (Joannis) Manuale exhortationum Scholasticarum sive conciones Academicæ potissimum practicæ cum omnibus divini verbi præconibus tum sodalitatum præsidibus atque erudiendæ juventuti præpositis cum primis appositæ quæ vices quoque legendi a sodalibus libri spiritualis supplebunt cum duplici indice quorum alter concionatoribus alter Catechisantibus serviet, 8. *Herbipoli* 1678.

Heunischii (Caspari) Ætates Patrum præcipuorum ex certis fundamentis Historicis atque Chronologicis accuratè demonstratæ, adjecta est etiam Chronologia conciliorum seu œcumenicorum, in quo opusculo plæraque difficiliora in Historia Imperatorum & Ecclesiæ illustrantur cum Indice triplici Chronologico, Patrum, Rerum, 8. *Rotenb.* 1678.

Schwan (Wolfgang) Conceptus de Beatissimæ Virginis ac Dei Matris Mariæ solennitatibus præcipuis formati & pronuntiati ad D. D. sodales Academicos B. M. V. annuntiatæ Herbipoli xenium, 8. *Herbipoli* 1678.

De Veil (Carolus Maria) Expositio Literalis Cantici Canticorum ex ipsis Scriptuarum fontibus Hebreorum ritibus & Idiomatis veterum & recentiorum monumentis eruta, 8. *Lond.* 1678.

Smith (Thomas) de hodierno statu Græcæ Ecclesiæ Editio secunda, ab Authore longe auctior & Emendatior 8. *Londini* 1678.

Quenstedii (Joh. Andreæ) Ethica Pastoralis & Instructio cathedralis sive Monita omnibus ac singulis munus Concionatorum ambientibus & obeuntibus cum quo ad vitam, tum quo ad concionem formandam scitu & observatu necessaria accessit ratio seu Methodus Scriptores sacros & Ecclesiasticos cum fructu legendi excerpendi & locos Communes Theologicos conficiendi, 8. *Witteberga* 1678.

Berthæ (Ludovici) origo Plagarum Christianum orbem devastantium, è S. Scripturæ & S. Patrum testimoniis detecta, scitu per necessaria universis rectoribus, de quorum manibus justus judex, requiret animas ipsis commissas edita jussu R. D. Caroli van den Bosch novi Episcopi Brugensis, 8. *Leidæ* 1678.

Libri Theologici

Duodecimo.

Conferentiæ Theologicæ habitæ inter varios ſacræ Theologiæ Alumnos Lovanii Præſidente G. H. S. T. D. pars prima, 12. *Col: Agrippinæ* 1678.

Biblia ſacra vulgatæ Editionis ſixti quinti Pontificis maximi juſſu recognita & Clementis Octavi auctoritate edita quinque voluminibus primum volumen continens Pentateuchum Moyſis, nempe Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Secundum, Liber Joſuè, Judicum, Regum quatuor & Paralipomenon, Tertium Eſdras, Tobias, Judith, Eſther, Job, Pſalmi, Proverbia, Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum, Eccleſiaſticus, Quartum, Prophetæ Iſaias, Jeremias, Baruch Ezechiel, Hoſeas Joel Amos Obadja Jona Micha Nahum Habacuc Zephania, Aggæi, Zachariæ, Maleachi, Libri Machabæorum, Oratio Manaſſæ, Eſdræ Liber Tertius & Quartus, Quintum Novum Teſtamentum Domini noſtri Jeſu Chriſti vulgatæ Editionis juxta Exemplar Vaticanum anni milleſimi quingenteſimi nonageſimi ſecundi, 24. *Coloniæ* 1677.

Seberzeri (Joh. Adami) Breviculus Theologicus unica poſitione generali ſyſtema Theologiæ exhibens, acceſſit in frontiſpicio Syllabus adverſariorum ad calcem libelli Analyſis index locorum & Scripturæ ſacræ, 12. *Lipſiæ* 1678.

LIBRI JURIDICI.

Folio.

Fichardi (*Johannis*) Conſilia, duobus Tomis olim diſtincta, nunc tertii hactenus, in ſchedis deliteſcentis, ſed ab interitu vindicati, acceſſione locupletata, opus quotidianorum non minus, quam difficillimorum, qua publici, qua privati juris caſuum, ſolida reſolutione refertiſſimum, cum præfatione Joannis Strauchii, rerum, item & verborum, indicibus accuratiſſimis, fol. *Giſſæ* 1677.

Fritſchii (Ahaſveri) Conciliorum ac reſponſorum juris variorum opus, in quo de fidei commiſſis, legatis, Gerada, cibariis, pactis dotalibus, gentilitiis & ſucceſſoriis, contractibus, adminiſtratione tutelæ, Item de materia feudi, pacti de retrovendendo, pignoris ſolutionis, moræ, uſurarum, mutationis monetæ, Jurisdictionis, matrimonii, donationis principum, delicti &c. Agitur aliæque controverſiæ in praxi quoti-

dic

die occurrentes tractantur, ex propriis aliisque nobilissimorum jureconsultorum manuscriptis ad usum lectoris, Breviariis & indice rerum ac verborum locupletissimo adornatum, fol. *Erfurti.* 1678.

Seraphinis (Seraphini de) de privilegiis juramentorum Tractatus amplissimus, omnibus legum studiosis, tam in studio juris quam in foro versantibus, utilis & necessarius, cum commentariis additionibus & notis Martini Benckendorfii, una cum præfatione, Hermanni Vulteii, nec non indice duplici tam rerum quam verborum locupletissimo, fol. *Franc.* 1679.

Brunnemanni (Iohannis) Commentarius in duodecim libros Codicis Justinianei, quo singulæ leges & authenticæ breviter & succinctè explicantur, quæstiones in Academiis & foro, frequentatæ resolvuntur, axiomata ab interpretibus subinde proposita examinantur, & alia ex ipsis textibus notabilia eruuntur, quæque alias ad analysin pertinent per compendium quasi traduntur, inserto hinc inde, quid de jure tam Communi novissimo quam saxonico obtineat opus Theoretico practicum, cui præter indicem rerum & verborum, priori plus quam dimidio auctiorem, accessit ex ejusdem Auctoris commentario ad pandectas, quæ circa leges affines inibi commentatus est continua allegatio, Editio post claudicantem gallicanam quarta, ab immensis mendis repurgata, novis ac necessariis additionibus ut & Summariis aucta, fol. *Lipsiæ* 1679.

d'Escano (Ferdinando) Tractatus de perfectione voluntatis Testamento requisita & de Testamento perfecto ratione voluntatis & imperfecto ratione solemnitatis, cœpto & non completo ob impedimentum testatori superveniens ad javoleni responsum in lege si quis cum Testamentum 25. de Testamentis, Editio secunda cum additionibus ejusdem Auctoris suo loco insertis, fol. *Hispali* 1678.

Scoppa (Nicol. Vincenti) Observationes Theoretico practicæ ad Rotæ Provinciæ Marchiæ Decisiones Stephani Gratiani ejusdem Rotæ Judicis & Auditoris in quibus præter. Eruditionem ac rerum notabilium copiosam supellectilem, methodica sectandii ratione commune jus per nostrum municipale confirmatum, limitatum, locupletatum, castigatum, aut quo quomodo innovatũ concinnè declaratur & concordes: discordesque aliorum opiniones, pluresque addubitationes congeruntur & examinatæ facilibus rationibus resolvuntur ac quid in usu obtineant, monetur variæque præterea supremorum senatuum præcipuè S. R. Romanæ & S. R. Consilii Neapolitani etiam adhuc non impressæ decisiones reconditis priscorum, recentiorumque Patrum Doctrinis munitæ utiliter & quam lepide subnectuntur opus tum Patrocinantibus, tum Judicantibus quocumque in foro summopere commo-

modum juris ſtudioſis atque eruditis perjucundum & maxime utiliſſimum duplici adjecto indice argumentorum ſcilicet & rerum ac verborum memorabilium Opera & ſtudio Petri Pauli Scoppa Auctoris Germani fratris Neapoli, fol.

Libri Juridici

in Quarto

CAſas (*D. Bartholomei de las*) Erudita & Elegans explicatio quæſtionis utrum reges vel principes jure aliquo vel titulo, & ſalva Conſcientia, cives ac ſubditos à Regia Corona alienare & alterius Domini particularis ditione ſubjicere poſſint antehac nunquam ab ullo Doctorum ita luculenter Tractata, edita ante ſeculum, & quod excurrit cura & ſtudio Wolfgangi Grieſtetteri nunc autem utiliter recuſſa, 4. *Jenæ* 1678.

Quæſtiones Juridicæ ad Sereniſſimi Potentiſſimique Domini Electoris Saxoniæ Divi Auguſti quatuor Conſtitutionum libros brevi ſuccincta & facili Methodo diſpoſitæ a viro in Jure Civili & Saxonico verſatiſſimo privato quondam ſtudio conſcriptæ nunc vero in uſum & gratiam tam in ſcholis, quam in foro verſantium publici juris factæ præmiſſo textu cōſtitutionum cum remiſſionibus Doctorum & additionibus variis auctæ opera & ſtudio G. J.L.L. V. J. D. acceſſit Index Quæſtionum rerum & verborum copioſiſſimus, 4. *Dreſdæ* 1678.

Myleri (Nicolai) Hyparchologia ſeu de officialibus Magiſtratibus & adminiſtris liber ſingularis in quo de officialium definitione & creatione, item de decretis expectativis, de officialium ſubſtitutione, deſtitutione ac in eorum geſta inquiſitione, de ſubjectis ad officia eligendis de ambitu officiorum, de honore & authoritate officialium, de eorundem foro & domicilio, diligentia ac negligentia, dolo, corruptione, pœnis, culpa obligatione, item & pœna propter culpam, imperitia & imprudentia, de eorum ſubſtitutis, de familia, nec non de officialibus conſociis agitur 4. *Stutgardiæ* 1678.

Textoris (Wolfgangi) Praxis Judiciaria privatim expoſita & in duas partes diviſa, pars prima continet, 1. Naturam Praxeos Juridicæ, 2. De Juriſdictione cauſarum civilium & foro competenti, 3. De Libello & extractu Proceſſuum, 4. De Citatione & Editione Actionis, 5. De Contumacia, 6. De Comparitione Rei, & exceptionibus litis conteſtationem antecedentibus, 7. De Litis conteſtatione, juramento Calumniæ & reconventione, 8. De Libellis exceptionum replicarum, duplicarum & deque diverſis eorundem terminis, 9. De Probationibus in ſpecie de Inſtrumentis tum originalibus, tum tranſſumptis nec non de examine teſtium & Rotulo, 10. De Submiſſione vel concluſione cauſæ, 11. De

sententiis, 12. De remediis adversus sententiam competentibus, 13. De attentatis eorumque revocatione, 14. De remediis executivis rei judicatæ & de ipso exequendi actu, 15. De actionibus in rem, 16. De actionibus personalibus & mixtis, 17. De judiciis possessoriis, interdictis & mandatis nec non de officio judicis nobili, 18. De judicio concursus creditorum & ordine locationis. Pars secunda continet, 1. De feudorum origine, divisionibus & causis constitutivis, 2. De jure Domini & Vasalli in feudo, 3. De Causis feudorum dissolutivis, 4. De jurisdictione & processu feudali nec non diversis remediis Domino vel Vasallo competentibus, 5. De jure & foro Ecclesiastico, 6. De jure patronatus, Decimis, præbendis & aliis causis Ecclesiasticis, 7. De sponsalibus & matrimonio. 8. De divortiis & separatione Conjugum, 9. De mero Imperio & variis criminum speciebus, 10. De processu criminali accusationis & inquisitionis vel denunciationis, 11. De judiciis & tortura, 12. De reorum absolutione, pœnis & indulgentia, 4. *Francofurti* 1678.

Caroli Quinti Imperatoris invictissimi Principis constitutiones publicorum judiciorum cum jure communi collatæ ex eoque latius declaratæ & utilissimis additionibus observationibusque practicis illustratæ a Matthia Stephani, Articulorum Carolinarum constitutionum, itemque rerum præcipuarum elenchus duplex adjectus est, 4. *Hanoveræ* 1678.

Schilteri (Iohannis) praxis juris Romani, in foro Germanico ad secundam partem Pandectarum, exercitationibus Theoretico-practicis exposita, & interpretatione politica illustrata, 4. *Lipsiæ* 1678.

Rhetii (Joannis Friderici) disputationes jurispublici undecim de statuis Rolandinis, de jure statuum imperii circa sacra, de secularisatione, de statu Germaniæ circa subditos, de jure portionis alimentariæ, de dignitatibus imperii, de absoluta principis potestate de assisiis, de pace, de jure portuum & de sarcina emigrantium, 4. *Francof. ad Viadrum* 1678.

Struvii (Georgii Adami) notæ & observationes, Theoreticæ, Canonicæ & practicæ, ad Antonii Matthæi Tractationem, de successionibus ejusque auctarium, de divortio legum & usus in materia successionis, accessit designatio, secundum ordinem alphabeticum rerum ad Geradam; Morgengabam; cibaria domestica pertinentium & expeditoriarum, nec non paraphrasis interlinearis L. Gallus, 29. de lib. & posthum. annexa exegesi, 4. *Ienæ* 1678.

—— Fasciculus dissertationum juridicarum, 4. *ibid*: 1678.

——- Dissertationes I. De vindicta privata & retorsione juris iniqui, cum vindiciis Jo. Philippi Slevogtii. II. De Ædificiis privatis. III. De annona, 4. *ibid*: 1678.

Simonis (Ioan: Georgii) præsidii Aca-

Academici, continens diversas, tam Theoriæ quam praxi, inservientes utilissimas materias, quibus etiam distinctæ, Q. Q. morales sunt insertæ V. G. 1. De justitia permissivæ. 2. De justitia hominis circa sua membra, 3. De justitia hominis circa animam, 4. De absolutione in foro pœnitentiali & contentioso, 5. De Thesauris, 6. De bonis vacantibus S. Herrnlose gutern, 7. De mercatoribus, 8. Ad l. si merces 25. §. 4. locat de reparatione damni per inimicitias culposas tertio illati, 9. De juribus statutorum, 10. De ablatione rei in casu extremæ necessitatis, 11. De actionibus injuriarum sacerdotem concernentibus, 12. De amore Venenato adornatum, 4. *Ienæ* 1678.

Libri Juridici

in Octavo.

E*Insidels (Conradi von)* ut & Dnn: Conradi & Benedicti Carpsoviorum Tractatus duo de regalibus, sive de juribus ad imperatoris Romano Teutonici majestatem pertinentibus Editio secunda ex Bibliotheca Joannis Christophori Heroldts emendatior exhibita, & ejus cura, aucta indicibus rerum verborum & Autorum, 8. *Halæ* 1678.

Furstenerii (Cæsarini) de jure suprematus ac legationis principum Germaniæ, sive de Imperatoris Romani Majestate ejusque præ cæteris Regibus prærogativa, de electorum principumque Germaniæ eminentia, nec non de territorii & jurisdictionis differentia Editio aucta, 8. 1678.

Besoldus (Cristiophorus) de appellationibus, discursus juridico politicus, Editio iterata auctior, 8. *Tubingæ* 1678.

Braun (Ioannis) variarum amœnitatum liber, ubi post politica Historica & moralia problemata, rariores ex universo jure privato de promptæ controversiæ, illustres ad publicum jus pertinentes & inter novissimos ejus scriptores maximæ agitatæ quæstiones disceptantur, refutatisque Hipp. a Lapide, Sever: de Mozambano aliorumque erroneis, & in publicum statum injuriis opinionibus, vera publicisque S. R. I. legibus conformis stabilitur & cordatè asseritur, 8. *Francofurti* 1678.

LIBRI MEDICI

In Folio.

B*Oneti (Theophili)* Anatomia practica ex cadaveribus morbo denatis, proponens Historias & observationes omnium pene humani cor-

poris affectuum, ipsorumque causas reconditas revelans,. quo nomine tam Pathologiæ genuinæ quam nosocomiæ Orthodoxæ fundatrix, imo Medicinæ veteris ac novæ promptuarium dici meretur, cum indicibus auctorum observationum & materiarum locupletissimis opus omnium Medicinæ & anatomiæ cultorum votis hactenus expetitum summo labore decerptum ac congestum, fol. *Genevæ* 1678.

Magati (*Cæsaris*) de rara Medicatione vulnerum seu de vulneribus raro Tractandis libri duo in quibus nova traditur methodus qua felicissimè, ac citius quam alio quovis modo sanantur vulnera quæcunque præterea ad literam & perfectam eorum curationem attinent diligenter excutiuntur, permultaque explicantur Galeni & Hippocratis loca eo spectantia hæc autem duplici quæstione, 1. Utrum melius sit vulnera quotidiè solvere, ac procurare an pluribus interjectis diebus, 2. Utrum turundarum, & penicillorum usus in curatione vulnerum sit necessarius novum argumentum est a nullo hactenus attentatum, sed pulcherrimum vulnera tractantibus maximè fructuosum accessit huic Editioni Joannis Baptistæ Magati Tractatus quo rara vulnerum curatio defenditur ca Sennertum, cum triplici indice Capitum quæstionum & rerum omnium memorabilium, fol. *Venetiis*.

Libri Medici

in Quarto.

MArco Marci (*Joannis*) Liturgia Mentis seu Disceptatio Medica, Philosophica & optica de natura Epilepsiæ illius ortu & causis, deque symptomatis quæ circa imaginationem & motum eveniunt, in qua multa scitu digna, difficilia & recondita deteguntur opus posthumum, cui accessit Tractatus Medicus de natura urinæ, 4. *Ratisbonæ* 1678.

Lipsii (*Davidis*) Tractatus de Hydropisis ejusque specierum triplici cognitione & curatione Galeno-Spagyrica optimorum quorumque Medicorum veterum & recentium monitis & verbis conscriptus & editus adjectis auctarii loco capitibus Hubnerianis de morbis incurabilibus.

✗ *Clauderi* (*Gabrielis*) Dissertatio de Tinctura universali vulgo Lapis Philosophorum dicta in qua quid hæc sit, 2. Quod detur in rerum natura; 3. An Christiano consultum sit immediate in hanc inquirere, 4. E qua materia & 5. Quomodo præparetur, per rationes & variorum experientiam perspicuè proponitur aliaque curiosa & utilia, huic analoga, adnectuntur ad normam Academiæ naturæ curiosorum, 4. *Altenburgi* 1678.

Fabri (*Albert. Othonis*) practica recensitio de auro potabili Medicina-

li ad Carolum Secundum Magnæ Britanniæ Regem ex Anglico idiomate in Latinum translata, 4. *Francof.* 1678.

Miscellaneorum Medicophysicorum sive Ephemeridum curiosarum Germanicarum Academiæ curiosorum Annus Octavus Anni Millesimi Sexcentesimi Septuagesimi Septimi continens celeberrimorum virorum tum Medicorum tum aliorum Eruditorum in Germania & extra eam observationes Medicas Physicas, Chimicas nec non Mathematicas, sive de cornu Capri Bezoardici cum ejus addendis, de respiratione Phocænæ vel Tursionis, de Bregmate infantibus clauso, indici non longæ vitæ, de excurrente sutura sagittali, de Fulgetra spiritum vini accendente, de cera Rosarum, de Tubulis roridis, Rosarum, de duobus Hermaphroditis, de Lavendulæ sylvula ex salibus resuscitata, de Animali corde evulso aliquandiu vivente, de calculo vesicæ fœminæ feliciter exciso, de Arthritide puerorum & infantum, de verminatione continua ab ipsa infantia in senectutem usque durante, de vermibus cum urina per penem intestina & per os excretis, de modo emtionis variolarum ab infectis, de emplastro miraculoso & aliis antipodagricis circa cervini fœtus tempora, continuatio observationis 242. anni septimi, de Hirundinum excæcatione & restitutione, de quatuor Phosphoris, de Phosphoro liquido, de occulti cancri periculosa curatione de fluxu hæmorrhœdali Puellorum, de mictu sanguinis copioso sine detrimento sanitatis, de mira utriusque ossis femoris luxatione, de puella octenni fluore albo laborante, de Diabete, de ascitæ peculiari symptomate, de Flamica ex oculis erumpente & illuminante literas, de calculo humano cristallino, de pinguedine liquata & in gelatinam soluta, a pancreatis excrescentia marasmus, de Anatome solemni furis quinquagenarii, de prolapsu cartilaginis mucronatæ in embryone & motu cartilaginis thyroidis insolito, de mensibus ante consuetum tempus sine damno deficientibus, de punctura vespæ & aranei præsentaneo remedio ex tempore curata, de vigiliis cum ejulatu diuturnis, de Diarrhæa pertinaci curata, de tumore lienis febriculoso, de patily orvietano ex vino curata, de Hyderope affectu in latitudine sanitatis, de lumbrico lato quinque ulnarum longitudine, de vomituratione lethali, de hernia intestinali de fungillis, citrior hizæ, Tithymalocampis Clagenfurtensibus, de gravidæ imaginatione fœtui noxia, de infantis recens nati dente præcociter erumpente, de Cephalalgia a lapillo intra duram piamque matrem in capite reperto de ossibus uterum excretis, de ingentibus calculis in mesenterio, & pancreate repertis, de singulari monstro marino, de vermibus in sale, de animali Moschi fero, de catechu, de singulari prægnantium imaginatione, de febre pemphygode.

 sive

ſive bulloſa, de Hippomane, de fœtu canino a puero per alvum excreto de Morphæa nigra, de utero putrefacto, illæſo fœtu, de phtiſi & morte ex vulnere pulmonum, de mirabili quadam odantalgia & innoxia opiatorum continuatione, de quibuſdam in Dyſenteria obſervatis, de puella ſine cerebro vitali, de antimonio martiali compendioſo, tentamina circa majorem olei roſarum veri copiam, de apum ictu, de dormitione puellæ quaſi Lucomiriana, ad partus ſeptimeſtres annotatio, de colica a calculis, de convulſione admiranda, de Hemicrania, arteriotomia ſpontanea curata, de Anaſarca per abſceſſus terminata, de Hepatite vomitu curata, de aſcaridibus uteri de abuſu Tabaci, de tumore brachii ex ſcabie retropulſa, de bubonibus venereis inunctione retropulſis, de aqua rubicunda foſſæ Berolinenſis, de ovo in tumore inguinali, de ſpica ſiligenea in tumore circa coſtas, de integra drachma gummi guttæ pro una doſi data, de morte repentina a vulnere oculo inflicto, de variolis poſt decimum ſeptimum diem demum ſuppuratis, de variolis verminantibus, de lacte recens natæ puellæ, de urina nigra nil funeſti indicante, de olei ſuccini nimis largiter hauſti noxa, de infarctu ſabuloſo urethræ lethali, de talpa vomitu rejecta, de polypo curato, de caruncularum, gallicarum in urethra curatione, de ilei curatione, de ἀναφροδισία ſoluti matrimonii cauſa, de tumore lienis partu ſoluto, de exanimata ad ſenſum in vitam revocata de vomica a tranſpiratione ſubito prohibita, de aſcenſus quaſi ſpontanei aquæ in filtro cauſa, de amigdala amara quibuſdam animalibus nociva & lethali, de vermibus intra linguæ venam ſtabulantibus, cum Appendice, qua continetur. 1. Petri Kavinæ fax ſeu lampas volans magnum Meteorum viſum poſt occaſum ſolis die 31. Martii 1676. Epiſtolica diſſertatio, adjectis virorum dubitationibus auctoriſque reſponſis, 2. Georgii Caſpari Kirchmajeri Noctiluca conſtans & per vices fulgurans diutiſſime quæſita nunc reperta diſſertatione brevi prævia de luce, igne ac perennibus lucernis, 3. Venus Aurea in forma Chryſocollæ foſſilis cum fulmine cælitus delapſa prope Haynan Anno 1677. 28 May deſcripta per Chriſtianum Adolphum Balduinum dictum Hermetem, 4. Anatomiæ Vegetabilium primordia cum generali Theoria vegetationis eidem ſuperſtructa Opera Nehemiæ Grew, 5. Johannis Ferdinandi Hertodii a Todtenfelt Epiſtola ad Collegas Ephemeridum collectores, cum Anonymi reſponſione ad præcedentem Epiſtolam, nec non Catalogi Librorum Medico-Phyſicorum ut & Mathemeticorum annis abhinc aliquot paſſim in Europa diverſo Idiomate editorum continuatio. 4. *Wratiſlaviæ* 1678.

Libri

Libri Medici

in Octavo.

SWammerdam (Joan.) Tractatus Physico Anatomico-Medicus de Respiratione usuque Pulmonum in quo præter primam respirationis in fœtu inchoationem, Aëris per circulum propulsio statuminatur, attractio exploditur, experimentaque ad explicandum sanguinis in corde tam auctum quam diminutum motum in medium producuntur, 8. *Leidæ* 1678.

Enarratio methodica trium Gebri medicinarum in quibus continetur Lapidis Philosophici vera confectio, Autore Anonymo, sub nomine Æyrenæi Philalethes, natu Angli, Habitatione Cosmopolitæ, 8. *Amstel.* 1678.

Scharlii (Benjamin) Toxikologia seu Tractatus Physico-Medico-Chymicus de natura venenorum in genere in quo venenorum vires ac qualitates considerantur ex veterum ac recentiorum opinione examinantur & tandem ab occultis ad manifestas qualitates reducuntur 8. *Jenæ* 1678.

Bohn (Johan.) Meditationes Physico Chimicæ de Aëris in sublunaria influxu scilicet hunc neque secundum peripatheticos, nec Chimicos materialem sed formalem saltem videri, 8. *Lipsiæ* 1678.

Disceptatio de Lapide Philosophico, 8.

Libri Medici

in Duodecimo.

BAyle (Francisci) Dissertationes Physicæ in quibus principia proprietatum in multis, Oeconomia corporum in plantis & Animalibus, causa & signæ, propensione in homine, nec non alia quædam ad lucem & refractionem spectantia demonstrantur, cum figuris æneis in fine appositis, 12. *Hagæ Comitis* 1678.

—— ejusdem problemata Physica & Medica, in quibus varii veterum & recentiorum errores deteguntur; præcipua circa quasdam sanguinis evacuationes, tum sponte tum arte factas: & circa crises earumque causas, ac veræ quorundam remediorum indicationes demonstrantur cum figuris in fine appositis, 12. *Hagæ Comitis* 1678.

—— ejusdem dissertationes Medicæ tres, I. De causis fluxus Menstrui mulierum, II. De Sympathia variarum corporis partium cum utero; III. De usu lactis ad rabidos reficiendos & de immediato corporis alimento in quibus receptæ Communiter, circa subjectam materiam veterum ac recentiorum opiniones erroneæ refelluntur, & veræ morborum ac Symptomatum causæ assignantur & demonstrantur, 12. *Hagæ Comitis* 1678.

Charleton (Gualteri) Exercitationes Physico Anatomicæ de OEconomia

nomia Animali novis in Medicina Hypothesibus superstructa & Mechanice explicata, 12. *Leidæ* 1678.

Germain (Claudii) Icon Philosophiæ occultæ sive vera methodus componendi magnum antiquorum lapidem, 12. *Rotterodami* 1678.

Lampadem Vitæ & Mortis omniumque graviorum in Microcosmo παθῶν indicem hoc est biolychnium sive lucernam cum vita ejus, cujus accensa est mystice viventem jugiter, cum morte ejusdem expirantem omnesque affectus graviores prodentem ante hac quidem cura & studio J. E. B. obscure nimis more Philosophico traditam nunc dilucidiori stylo se expositurum intimat G. F. M. D. C. S. 12. *Leidæ* 1678.

Tachenius (Otton.) de Morborum Principe Tractatus in quo plerorumque gravium ac sonticorum præter naturam affectuum, dilucida enodatio & hermetica, id est vera & solida eorundem curatio proponitur opus tanto Achille dignum omnibusque nævis liberum, 12. *Osnabrugi* 1678.

—— Hippocrates Chimicus per ignem & aquam methodo inaudita novissimi salis viperini antiquissima fundamenta ostendens Editio secunda auctior & Emendatior accessit ejusdem Authoris de Morborum Principe Tractatus, 12. *Venetiis* 1678.

LIBRI MISCELLANEI

in Folio.

Collegii Romani Societatis Jesu Musæum celeberrimum cujus magnum rei, statuarum imaginum, pictuarumque partem ex legato Alphonsii Donini S. P. Q. R. a secretis Munifica libertate relictum. P. Athanasius, Kircherus Societatis Jesu, novis & raris inventis locupletatum, compluriumque principum curiosis donariis magno rerum apparatu instruxit, innumeris insuper rebus ditatum, ad plurimorum, maxime exterorum curiositatisque Doctrina avidorum instantiam urgentesque preces novis compluribusque machinis, tum peregrinis ex Indiis allatis rebus publicæ luci votisque exponit Georgius de Sepibus Valesius authoris in Machinis concinnandis executor, fol. *Amstel.* 1678.

Vlasbloem (Ludovici) Universum totale sive rerum visibilium, compendium in quo firmamentum cæleste demonstratur, cum sole, luna, ceterisque stellis; uti & eorundem usus, tum quoque terra in suis quatuor partibus, Europa, Asia, Africa, & America, cum earundem regnis atque mercibus; accedit modus ad investiganda omnia loca, similiter

